

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ  
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos  
instructa**

**Busaeus, Johannes**

**Moguntiae, 1608**

Distractio in oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](#)

rebellem. Conuersus autem ad populum, dixit palam omnibus. Contesteris vos, quia qui spernit nos, spernit et eum qui mittit nos. Rogate ergo Dominum, ut tale signum ostendat in obstinatum hominem, quo cunctis presentibus pateat, cum hostiliter contra se in retentione odij contra proximum hoc egisse. Nec mora. ubi vir sanctus orationem expleuit, miser ille eversis oculis tertio in terram corrut, oreque cruentum spumans et sanguinem maximum horrorem spectaculum omnibus praebuit. Tunc flente populo reuerens vir fusa prece prostratus erexit. Qui mox integerrime spiratus, ubi ante se inimicum vidit quasi aliquid amicissimum rogatus cum lacrymis veniam petinuit, et ensque in oscula eius ad lacrymas et laudem Christi omnium corda commouit.

VIDE V. Amor sui. Detractio. Gloria vana. Immortificatio passionum.

Inuidia. Ira. Lingua abusus. Superbia. Vindicatio.

## DISTRACTIO IN ORATIONE.

### Remedia contra Distractionem.

I. REMED. Considera, quemadmodum in verbo Dei ab ea abstenerare. Primo enim monet, ut non labiis tantum, sed ex corde & Spiritu Deum oremus. Effundite, inquit rex David, cor illud corda vestra: Deus adiuutor noster in eternum. Et. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. Et. Deprecatus sum facie tuam in toto corde meo. Orabo Spiritu, ait Apostolus, orabo & more. Sic orabat Samuelis Prophetæ mater Anna, de qua in primo libro Regum ita scribitur. Anna loquebatur in corde suo ad Dominum, tantumque labia illius mouebantur, et vox penitus non audiebatur. Vnde Dominus populum Israeliticum secus in oratione facientem apud Isaiam Prophetam acriter reprehendit dicens. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. quæ verba velut Prophetica Christus Dominus in Scribas & Phariseos apud Matthæum detorsit. Deinde eodem verbo Dei monemur, ut non neglegenter, sed diligenter & vigilanter vacemus orationi. Maledictus, inquit Ieremias Prophetæ, qui facit opus Dei negligenter. & B. Paulus orationi instans, vigilantes in ea in gratiarum actione. Et rursus. Per omnem orationem & observationem orantes omni tempore in Spiritu, et in ipso vigilantes in omnian instantia & observatione.

II. REMED. Considera S. Patrum monita. B. CYPRIANVS agens de oratione Dominicâ disertè ita scribit. Quando stamus ad orationem, fratres deo Domina. littissimi, vigilare & incubere ad præces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquam iunc animus, quam id solù cogitet; quod precatur, Loco & Sacerdos ante orationem præfatione pennis parat fratribus mentes dicendo sursum cordas.

corda, ut dum respondeat plebs, habemus ad Dominum, admoneatur, nihil aliud se, quam

Dominum cogitare debere. Clauditur contra aduersarium pectus, et soli Deo pateat,

Ephes. com. 1.  
Psal. 17. 35.

nec ad se hoste Dei tempore orationis adire patiatur. S. EPHRÆM in doctrina de

Panoplia spirituali. Pro arcu ad orationem manus tuas extende, sicut scriptum est.

Et posuisti ut arcum æreum brachia mea. Verè enim arcus æreus est contra i[n]imicos ex-pansæ in oratione manus in scientia orantis: sicut etiam sagitta directè emissæ ab eo, qui arcum vibrat. Nam si inter orandum animū vagari permittas, eris velut qui renet quidem arcum, verum sagittam contra aduersarium dirige nequit, illam in vanum nulla certa intentione emittens. Atque interdum hosti quidem terrorēm inuenit

huiusmodi vulneris metus, dum te arcum vibrare considerat, ceterum sagitta non ad-

Aug. in Psal. 85. uersus eum, sed in infinitum emittitur. S. AVGUSTINVS, exponens verba Psal-

mi. Quoniam te Domine suavis & mitis. Nihil, inquit, stultius, quam si se-i-

psum quisque palpat et seducat. Attendat ergo et videat, quæta aguntur in corde huma-

no, quemadmodum ipsæ plerumque orationes impedianter vanis cogitationibus, ita

ut vix stet cor ad Deum suum, et vult se tenere ut stet: et quodammodo fugit a se, nec

inuenit cancellos, quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat auolantes

suis, et vagos quosdam motus, sed stet in cunctari a Deo suo. Vix est, ut occurrat talis

oratio inter multas orationes. Diceret unusquisque sibi contingere, et alteri non contingere, nisi inueniremus in scripturis Dei, David orante quodam in loco, et dicente.

2. Reg. 7. 27.

Quoniam inueni Domine cor meum, ut orarem ad te. Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret

ab eo fugere, et ille sequi quasi fugium, et non posset comprehendere, et clamare ad

Dominum. Quoniam cor meum dereliquit me. Itaque fratres mei, quod hic ait. Suavis es

tu et mitis, et c. videor mihi videre ad hoc desixisse mitem Deum, quia patitur ista no-

stra, et expectat tamen a nobis orationem, ut perficiat nos: et quando illi eam dederi-

mus, accipit gratè et exaudit, nec me minit tantas, quas incondicere fundimus, et accipit

Call. coll. 23. c. 7. unam, quam vix inuenimus. IOAN. CASSIANVS in Collation. Quis tantum

Spiritus potuit unquam retinere feruorem, ut non interdu[m] lubricis cogitationibus in

ipsa quoque orationis intentione translatus repente de cœlestibus alterrena corruerit?

Quis nostrum, ut cetera pernagationum tempora prætermittam, non illo etiæ momen-

to, quo Deo supplicans ad sublimia erigi mentem, quæ veniam deliciarum, et c. Quæ

licet omnia nōnullis, qui sunt crassioribus viciis inuoluti lenia, atq[ue] à peccato pœnè ali-

na videantur, scientibus tamen perfectionis bonum etiā minimarū rerum multitudi-

grauissima est. S. GREGORIUS in verba Iob. Ut desiderium meum omnipotens

audiat. Notandum, inquit, est, quod ne quaquam dicitur, preces, sed desiderium meū

omnipotens audiatur. Vera quippe postulatio, non in oris est vocibus, sed in cogitationibus

cordis. Valentiores namque voces apud secretū feras aves Dei non faciunt verbang-

stra, sed desideria. Eternam enim vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus;

clamantes tacemus. Si vero desideramus ex corde, etiam cum ore contescimus, tacen-

tes clamamus. Hinc est, quod in eremo populus vocibus perstrepit, et Moyses à stre-

pitu verborum tacet, et tamen silens aude diuina pietatis auditur, cum dicitur. Quid

clamas ad me?

III. RE-

Greg. 2. mor. c.  
18.

Ekod. 14. 15.

## D I S T R A C T I O .

81

III. REMEDIVM est Præparatio ad orationem, quod tradit Eccle. Eccl. 18.23.  
siaisticus dicens: *Ante orationem præpara animam tuam, et non sis quasi homo qui teñat Deum.* Præparabis autem animam tuam, si cogites, cum quo tibi sit sermo habéodus, & idcirco omnes alias curas & cogitationes excludas. Deinde, si omnem prauam peccandi voluntatē deponas, & si peccasti, de lapsu doleas. Nam si hoc non præstiteris, eris *quasi homo qui tentat Deum.* hoc est, qui Deum potius ad iracundiam prouocare, quam conciliare sibi velir. Simile est quod monet Sapiens in Ecclesiaste. *Ne temere quid lo.* Eccl. 5.1. *quaris, ne que cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, Deus enim in celo, et in super terram, idcirco sint pauci sermones tui.* Huc pertinet quod B. Iob. II.14. GREGO. scripsit in verba illa Iob. Si iniuitatem, quæ est in manu tua Greg. 10. mort. c. 16. abstuleris à te, &c. tune leuare poteris faciem tuā absq; macula. Faciem, inquit, leuare, est in Deo animū per studium orationis attollere. Sed elcuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat. Diffidit namq; accipere se posse quod appetit, quæ profecto reminticitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur. *Si cor nostrum non reprobenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, et quicquid petierimus, ab eo accipiemus.* Et paulo post. Quia in re hoc est salubre remedium ut cum se mens ex memoria culpæ reprehendit, hoc 1. Ioan. 3.20. prius in oratione defleat, quod errauit: quatenus cum erroris macula fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab authore mūda videatur. Et rursum. Semper ante orationis tempora debet sollicitè conspici, quicquid potest in oratione reprobari. Sæpe namque immunda vel illicita quædam in animo versamus, quoties à precib; vacamus. Sed cum se mens ad studium orationis exerxit, earum rerum imagines reverberata patitur, quæ us libenter prius otiosa premebatur, &c. Sæpe curis mundi libenter occupamur: cumque post hæc studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad cœlestia erigit, quia pondus hanc terrenæ sollicitudinis in profundum mergit.

IV. REMED. Reuerentia erga Deum, hoc est, ut magna cum humilitate & reuerentia corporis atque animi, atque si Deum in sua maiestate cum omnibus sanctis præsentem spectares, exordiaris orationem mentalem vel vocalem. Sic monet in hoc genere exercitatus S. BERNARDI. Quid Bern. serm. de aliud, inquit, cogitare debet frater intrans ad orationem, quād Propheticum illud. 4. modis orandi. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei? Omnino siquidem Psal. 41.5. p̄portet nos orationis tempore curiam intrare cœlestem: illam vtiq; curiam, in qua Rex regum stellato sedet solio circundante innumerabili & ineffabili beatorum Spirituum exercitu. Vnde et i; se qui viderat, qui maiorem numerum non inuenit, mille ait, mil. lium ministrabant ei, et decies cetera millia assistebant ei. Quāta ergo cum reuerentia, Dan. 7.10. quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude sua procedens & repens ranuncula vltis! Quam tremebundus, quam supplex, quam deniq; humiliis & sollicitus, & toto intentus animo maiestati gloriæ in præsenzia Angelorum, in cœlio instorum, & congregazione assistere poterit miser humilio? Et infra. Sic igitur oret, qui orat,

L tanquam

**Gen. 18.27.** tanquam præsentatus ei, qui sedet super excelsum thronum in Angelis, qui minime con-  
ciderunt, & elefantur in hominibus, quos suscitauit de puluere inopes, & erexit de ster-  
core pauperes: sic inquam, semetipsum consideret, & sic attendat, tanquam præsentatum

**Domino maiestatis, ut dicat cum Abraham. Loquar ad Dominum meum, cum sim pul-  
uis & cinis. Et quia tuo præcepto commonitor, tua institutione formatus, id præsumo**

**Domine fons pietatis. Quam autem absurdum & ridiculum sit orantem in**

**tantæ maiestatis præsentia mente distrahi & euagari his verbis declarat**

**Cyp. de orat.**

**Domini.** B. CYPRIAN. Quæ autem scgnitia est, inquit, alienari & capi ineptis cogitationib.  
& prophanis, cum Domini deprecari, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quæ  
quod cum Deo loquaris. Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse nō audias? Vis  
Deum esse memorem tui cum rogas, cum tu ipse memor tui nō sis? hoc est, ab hostiis  
totum non canere: hoc est, quando oras Dominum, maiestatem Dei negligenter oratio-  
nis offendere: hoc est, vigilare oculis & corde dormire: cum debeat Christianus, & cum  
dormit oculis corde vigilare: sicut scriptum est ex persona Ecclesie loquentis in Canti-  
co canticorum. Ego dormio, & cor meum vigilat. Quapropter sollicitè & caute Aposto-  
lus admonet dicens. Instate orationi, vigilantes in ea, docens scilicet & ostendens eos im-  
petrare quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare.

**Naz. orat de cu-  
ra paup.** V. REMED. Iugis præsentiae diuinæ memoria, cum in aliis vitiæ actio-  
nibus, tum maximè in tota oratione. Nam ita scribit GREGO. NAZIANZ.  
in oratione quadam. Non tam sèpè respirare oportet, quam Dei meminisse. Deus  
enim perpetuo & continenter nobis bene facit, in esse conservans, & necessaria mini-  
strans. Nam si vel minimo momento à nobis oculos remoueret, in nihilum redigere-  
mur, sicut imago nostri in speculo apparet in nihilum redigitur, quæ primum nos loco  
mouemus; & sicut calor ab aqua recedit, quoties ab igne vel sole remouetur. Ut corpus  
animæ, rami arboris trunco, solares radij soli vniuit, ut ab illis virtutē suā trabant, esse  
debent: ita mente semper Deo vniuti esse deberemus. Accedite ad eum, ait Propheta, &  
illuminamini, & facies vestræ non confidenter. Et S. BASILIVS in Regulis bre-  
uioribus, quæstione posita, quomodo quis assequi possit, ne inter oran-  
dum distrahatur? respondet. Nimirum, si certo credat Deum se ante oculos ha-  
bere. Si enim Principè aliquis, aut præfitem intuens, & cum eo loquens oculos ab eo di-  
mouere non solet, quæ non tandem creditius est intentam mentem habiturum illū qui  
Deo preces adhibeat in eū, qui scrutatur corda & renes, & illud facturū q̄ scrip̄tū est.  
Leuantes puras manus sine ira & disceptatione? Accursū post questionē posita,  
num fieri queat, ut nunquā quis mente distrahatur. Respōdet fieri pos-  
se. Nimirū si quis excellentē electi viri Davidimentē induerit, q̄ de seipso loquens ait,  
nūc quidē. Preuidet Dominū in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne co-  
mouear. nūc vero, oculi mei semper ad Dominū. Alias autem. Ecce sicut oculi seruorum in  
manib. dominorū suorū: sicut oculi ancillæ manib. Domina suæ, ita oculi nostri ad Do-  
minū Deū nostrū. Atq; ut minore exemplo discamus quanto studio in rebus maiorib. vi-  
ti conueniat, quisq; consideret, quomodo coram aliis etiā æqualib. omni in re studeat eut-  
tare.

**Psal. 35.6.**  
**Basil. q. 21. 201. &c.**  
**306.**

**Psal. 7. 10.**  
**r Tim. 2.**

**Psal. 15. 8.**  
**Psal. 24. 15.**  
**Psal. 112. 24.**

zare reprehensionem in statu, ambulatione, motuq; cutusq; membra, etiam locutione. Tu perpendat veram esse promissionē Filij Dei. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Itemq; Spiritum S. adesse moderatorē, donorumq; distributorem. Similiter Angelos custodes vniuersitatisq; secundū quod dictū est à Dominō. Videte ne contemnatis vñū de pusillis istis. Dico n. vobis, quoniam Angelii eorum Matth. 18. 10. vident faciem patris mei, qui in cælis est, &c. Amplius si illud etiam implere studeat. Psal. 33. 2. Benedicā Domini in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et illud. Meditabitur in lege Domini die ac nocte. Quo videlicet mens in perenni meditatione voluntati Dei occupata ne quaqua spatiū inueniat, quo ad futile cogitationes possit aberrare.

**VI. REMED.** Considera humani generis hostem nulli pietatis exercitio æquè infestum esse ac attentæ & deuotæ precationi, vt passim annotarunt SS. Patres. B. CYPRIANVS loco ante citato ita loquitur. *Clau-* Cyprianorat. *Dom.* datur in oratione cōtra aduersariū pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur: obrepit enim frequenter & penetrat, subtiliter fallens preces nostras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in voce, cum intentione sincera Dominū debeat nō vocis sonus, sed animus & sensus orare. B. E.P.H.R. Ephr. tom. de panoplia spirituali. Cū quis in sciētia orat, nec sinat euagari cogitationes suas, vehementer cōtristatur inimicus, velut acerimō spicula in corde percussus, &c. Quod si, dū oras, mens tua distrahabatur sive per oculos, sive per aures, sive per cogitationes, scito hoc ipius inimici esse opus. Neq; nimium etiam festines tuā implere orationem, ceterum te ipsum in paululum coargite, rufusq; animū collige, vt scias pro quibus Deū possest, & cur tūsum ares, ne perperā superflua verba effundas. Illud enim. Satana opus est, vt cogitationē in infinitā iaculetur, nec finat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Nouit quippe, quod si perseveret homo deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, etiam si innumerable peccata commiserit. Sic Iо. CASSIAN. alicubi scripsit, Orationib. maximē in sidari dæmones. Multa huius rei exempla extant in vita eremitarum, vt S. Antonii, Hilarionis, & aliorum sanctorum. De Hilarione obiter inter orandum distracto ita scribit B. HIERO. Hiero. in eius vita. NVMVS. Oravit semel Hilarion fixo in terram capite, & vt natura fert hominum, abducta ab oratione mēs nescio quid aliud cogitabat: insilit dorso eius festinus gladiator, & latera calcibus, crucem flagello verberans. Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansque desuper, cum defecisset, an hordeum vellet accipere sciscitabatur? De S. DO. Theod. l. 3. c. 12. minico auctor vita apud Surium ita scribit. Nocte quadam ante aram ad processus prostratum malus dæmon inturbare volens grandem lapidem ē recto Ecclesiæ deiecit, eoque impetu, vt tota Ecclesia eius casu circumsonaret. Usque adeo autem capitellus propinquus fuit lapis, vt ruens capitulum eius contingret. Sed viro Dei nihil se penitus mouente hostis terribiliter cœlans abscessit. B. AEGIDIUS virus è S. Francisci Seraphici primis sociis, (cui oranti infestissimus erat dæmon) Sur. in vita 23. rogatus cur dæmones plus aduersentur homini oranti, quam aliud April. pium opus exercenti, respondebat. Si quis litem alicui intendat coram

L 2 judice,

iudice, is cui lis insertur omni studio laborat, ne contra ipsum sententia feratur. Sic et dæmon facit, nam quando pius homo Deum orat pro sua aliorumque salute, liuem intendit dæmoni, tanquam animarum prædoni.

VII. REMED. est, ut euagationes inter precandum, siue incuria tua,

*Greg. 16. mor.  
c. 20.*

*Gen. 15. 13.*

*Aug. in Psal. 85. & misericors est Dominus. Desperandum est, inquit Avgvstinv*s*, de genere humano? & dicendum iam ad damnationem pertinere omnē hominem, cuī surreperit aliqua cogitatio oranti & interruperit orationem ipsius?*

*Psal. 85. 4.*

*Bas. de abdie.  
terum.*

*Id. c. 18.*

*Si hoc dixerimus fratres, quae spes remaneat, non video. Porrò quia est aliqua spes ad Deum, quia magna est eius misericordia, dicamus ei. Iucunda animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuavi. Et quomodo eam leuavi? quomodo potui, quomodo tu vires dedisti. Quomodo eam fugientem apprehendere valuit & excidit tibi? quia quotiescumq[ue] ante me stetisti, puta Deum dicere, tanta vana & superflua cogitasti, & vix mihi fixa & stabilem orationem fudisti. Quia tu es Domine suauis ac mitis. Mitis es, tolerans me. Ex egritudine desino cura & labo. Confirma, & firmus ero.* 3. Nec abrumpe tempus orationi consuetæ præstitutum, etiam si distractionibus obruarre, ne victoriā dæmoni cessisse videare. Vnde S. BASILIVS in sermone commonitorio. Causa diligenter, ne cogitationi illi animi tui assentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto auellere te studeat. Habent enim morem hunc dæmones, ut facienda orationis temporibus, per speciosam aliquam laudabilis causæ simulacrum nobis auctores sint, ut ab ea nos subducamus, ut quam salutem afferre nobis intelligunt, ab ea nos probabiliter abducant. Et in Constit. monast. *Quod si flagitiarum cogitationum vis vehementior insurgat, ne sic quidem est diciendus animus, neq[ue] suscepta certamina ex dimidia parte conseffa relinqua, sed eo usque obfirmatè perdurandum, quod Deus perspecta nostra constantia gratia Spiritus sancti nobis affulgeat.*

VIDE V. Acedia. Colloquia otiosa. Desolatio spiritualis. Familiartas nimia. Illusiones spirituales. Indiscretio. Pigritia. Pusillanimitas. Tristitia. Tepiditas.

EBRIE.